Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. I. Pars I.

Wien, 1793 Seite

Quelle:
Copyright:

LECTORI.

Atque ille quidem, qui fronti praefixus eſt, Codicem quemvis deſignaturis, qui vero margini adſtituitur, eundem Codicem in Bibliotheca quaeſituris dux erit. Speciminum Aeri inciſorum, ſive Literas, ſive alia Librariorum Παρεργα putes, quibus quorundam Operum hujus argumenti aucta ſunt pretia, nihil Tibi occurret, praeter Alphabetum ſane ſingulare ad *Codicem* DCCCXLIV. Cum enim ejusmodi Speciminum finis ſit praecipuus, ut inter ſe comparentur; haec vero comparatio eo, quod cujusvis Librarii peculiaris fuerit genius, et manus, ſcribendique ratio, et ſcriptorum imitatio non ubivis eodem tempore variata, aut commutata, parum explorati, certique praeſtet, poſt Montefalconii, Mabillonii, Beſſelii, Hickeſii, Autorumque *Novi Diplomatices Tractatus* Συμβολας

Vetuit me tali voce Quirinus:

In ſilvam non ligna feras!

Demum, quod vel ipſe praefert Operis Titulus, *Volumine* hoc I. in III. *Partes* ſecto Codices Theologicos Bibliothecae Palatinae ad D. Caroli VI. tempora illatos concluſi, ne moles nimium excreſceret. *Volumen* alterum, cui manum jam diu admovi, acceſſiones a munifici Principis hujus aevo, qui praeter auguſtam Bibliothecae fabricam in ipſos Libros centenis plura Rhenenſium expendit millia, conſecutas ſiſtet mole fortaſſis haud multo minore. Haec Te volebam.

Vindobonae e Biblioth. Palat.

Anno MDCCXCIII. ad Diem Id. April.

PARS